



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXLII. Silvester II. Anno Christi 999. Ottonis III. Imp. 4. Basil. Et Const. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

menam jubemus. Donamus etiam tibi,
 tuæque Ecclesia sancta Comacensem Co-
 mitatum, post mortem Aelaida Impera-
 trici Augusta, ut in, tuæque sancta Es-
 clesia, tuque successores illum cum om-
 nibus tibi pertinentibus liberè teneant,
 Et ordinent in perpetuum.

CXLII.

SILVESTER II.

ANNO CHRISTI 999.

OTTONIS III. IMP. 4. BASIL.
 ET CONST. 24.

SILVESTER II. *Gerbertus* antea
 dictus, natione Aquitanus, primo
 Remorum, deinde Ravennatum
 Archi-Episcopus, anno 999. IV.
 Nonas April. Ottone III. adjutor.
 (1) cujus fuerat præceptor, ad Pon-
 tificatum pervenit. Hunc infamavit
 Benno Cardinalis, tempore Grego-
 rii VII. impudentissimus calumnia-
 tor, scribens, magicis artibus ade-
 ptum esse dignitatem summam. At
 temeraria unius hominis vox extin-
 guitur laudibus, quas in Silvestrum
 II. conferunt Scriptores æquales;
 itémque elogio illo, quod Sergius IV.
 Ge-

Bar. an.

999. §.

2. 3.

Pag §. 1.

2. 3.

sepulchro ejus inscribi voluit. Cæte-
 rum in memorandis habetur hoc Bar. an. 1000.
 maximè, quòd S. Stephanum Hun- §. 12.
 garorum Ducem, qui Pannoniam
 perduxerat ad Christi fidem, regio
 diademate donatum auxit Regis titu- Bar. an. 1003.
 lo, júsque præferendæ Crucis non §. 1.
 ei solum, sed etiam ejus successoribus Pag. §. 1.
 permisit. Vitâ defunctus est an-
 no 1003. V. Idus Majas, cùm Pon-
 tifices fuisset annos quatuor, mensem
 unum, & dies novem. (2)

ANNOTATIONES.

(1) Non ab ipso Ottone Pontifex factus
 est. Constitutio enim illa apud Goldastum
 tom. 1. Constitut. Imperialium pag. 226.
 in qua Otto III. dicit, Silvestrum II. ab se
 creatum Pontificem, supposititia est, atque
tot ferè mendacia, quot verba comple-
ctitur, ut ostendit Pagius ad an. 999. §.
 3. & ante ipsum Baronius ad an. 1192. §. 47.

(2) Baronius ad an. 1003. §. 6. recitat
 hujus Pontificis epistolam nomine Ecclesiæ
 Hierosolymorum scriptam ad universalem
 Catholici Orbis Ecclesiam Romanam peten-
 di causâ subsidii, ex eâque concludit, eun-
 dem Pontificem *primum inveniri, qui*
sanctæ militiæ classicum occinuerit com-
modiori tempore promovenda. Vide au-
 notat. 5. ad Urbanum II.

Mabillonius Præfat. in priorem partem
 Sæc. VI. Benedictini §. 2. *Undecimo Sa-
 culo tot summos Pontifices tulit Benedi-
 ctinus Ordo, ut tum Romana Sedes quasi
 hæreditaria successione ad nostros transisse
 videretur. Testes ejus rei adsunt Silvester
 II. Leo IX. Victor II. Stephanus IX. Grego-
 rius VII. Victor III. & Urbanus II. quorum
 postremi sex à medio Sæculo undecimo ad
 finem usque parùm interruptâ serie (su-
 premam illam Sedem tenuerunt. Vide
 annotat. 2. ad S. Gregorium Magnum.*

CXLIII.

JOANNES XVII.

ANNO CHRISTI 1003.

HENRICI II. Reg. 2. BASIL. &
CONST. 24.

JOANNES XVII. Romanus, cui
*J Sicco cognomen, Comitum Tu-
 sculanorum factione electus anno
 Bar. an. 1003. §. 9. 10. III. Idus Jun. Pontifex conse-
 Pag. §. 3. cratur, & post menses quinque, & dies
 quinque & viginti, VII. Idus Decem-
 bris moritur.*

CXLIV.